

Jonas Hambræus

## Institutio Hebraica Compendiosa

[S.l.]: Rostochi[i]: Preip de Søegaard: Ferberus, 1618

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn728901927>

Druck Freier  Zugang








W. v. K.

C<sub>Tc</sub>-17/4

26. 12<sup>o</sup> 8


Cat.



Hambroens

26. 522670





INSTITUTIO  
HEBRAICA  
COMPENDIOSA,

Quam  
וְהִלְכִיתִּי

Consensu Amplissimi Collegij Philo-  
sophici in celeberrima Academia Ro-  
stochiensi

*Ex probatissimis Authoribus e-  
ruit, & humanissimis juxtaq; literis &  
moribus cultissimis Philohebraeum monstra-  
tam exhibuit.*

M. JONAS HAMBRAEUS  
HELSEINGUS SVECUS  
SS. Theologiae stud.

*Horis & loco consueti.*




ROSTOCHI

Impensis Ivari Preip de Sægegaard Nob. Dñi  
Typis Augustini Ferberi

Anno M. DC. XVIII.



Universitäts  
bibliothek  
Rostock



1959. 475.



SERENISSIMIS PRINCIPIBUS  
ET DOMINIS.

**D N. G U S T A  
V O A D O L P H O,**  
Svecorum, Gothorum, Wan-  
dalorumq; Regi potentissimo,  
Magno Principi Finlandiæ,  
Duci Esthoniæ ac Careliæ,  
Domino Ingridiæ, &c.

E T

**D N. C A R O L O  
P H I L I P P O,**  
Svecorum, Gothorum, Wandalorumq;  
Principi Hæreditario, Duci Suderman-  
niæ, Nericiæ & Wermelandiæ, &c.

F R A T R I B U S ger-  
manis.

*Dominis suis Clementissimis.*

*Felicitatem & salutem perennem  
מיהורא א' Jeshovg S.  
1700.*

**S**erenissimi Principes, Domini  
**C**lementissimi, cum superio-  
ri an-

ri anno in Patriam, ex Germania redire in animo haberem, causa fuit non una nec levis, quæ ad hoc usq; tempus quasi manu injecta me retineret & ab itinere proposito revocaret. Ejus ratio ut & mihi constaret, & alijs reddi posset, Hebræas potissimum literas in manus sumsi & in cultu earum illud transmittendum duxi, quod & studiorum meorum rationes & aliorum utilitates postulare videbantur. Hinc Institutio illa Hebraica mihi nata est, honestissimorum & doctissimorū aliquot Studiosorum adolescētum usui quidem destinata, sed ut spero, alijs etiam sui commoditatem probatura. Hunc ingenioli mei foetum in Serenis. V. *re* C. *is* finum, Serenissimi & Celsissimi Principes, Domini Clementissimi, cu.



mi, cupio depositū, nō quod o-  
 peras has tam celso & verè au-  
 gusto p̄trociniō dignas judi-  
 cem; sed quod & materiæ, cui  
 explicandæ hæc Institutio in-  
 servit, dignitas, & offerentis te-  
 nuissima facultas tantos exo-  
 ptare videretur patronos, illa  
 n. materia videlicet uti Jehovæ  
 dicta & facta Hebraico Idioma-  
 te consignata ceu sacros & di-  
 vinos thesauros offert; ita &  
 hoc nomine augustis *V. tris*  
 præfidijs, Serenissimi & Celsis-  
 simi principes, sacra hæc mate-  
 ria digna fuit visa; ut sacram,  
 in qua reclinaret, inveniret An-  
 choram. Me offerentem nullum  
 εὐεργέτην alium hæc chartâ meâ  
 quærere decuit, quam Sereniss.  
 Celsitud. *V. ras*, ut debitam me-  
 am subjectionem Serenissimis  
*V. ris Cels. bus*, hoc modo pro-  
 barem.

A 3

Acci-

Accipite igitur Serenissimi &  
Celsissimi principes, has pagi-  
nas meas Clementissimo vultu  
quo longè lateq; diffusus Cels.  
nus V. re verè illustris favorin-  
Musas & Musarum cultores ab-  
jectissimis meis operis clemen-  
ter affulgeat, meq; ad majora in  
sacra literatura tentanda com-  
pellat. Deus Opt. Max. Sereniss.  
Cels. nes V. ras in felici incolumi-  
tate & incolumi felicitate pe-  
rennare faciat precor. Dabam  
Rostochl ex Musæo Prid. Cal.  
Sept, Anno *κερασσογονίας* 1618.

*Sereniss. VV. Celsitud.  
subjectissimè colens*

Jonas Hambræus  
Helsingus  
SS. Theologiæ stud.

Joh.



JOHANNES HUS-  
WEDELIUS Phil.

mor. Prof. publ. & p. t.

Decanus

Lectori amico sal.

**M**agno labore, multisq; vigilijs  
constitit majoribus nostris, su-  
periori seculo doctis viris, quam de



Judaei divino consilio subservirent.  
Hi quidem sua linguae thesauris cum  
instar Hesperij Draconis incubarent,  
nec alijs eã, ut canes in praesepi, fru-  
endam concederent; hospitij tandem  
& consuetudinis occasione secretum,  
licet non absq; invidia, prodiderunt,  
& sinistra porrexerunt, quod à majo-  
ribus nostris non sola dextra, sed ipsis  
ambabus arreptum, castè & purè ha-  
bitum, excultè & eleganter felici-

Alpes etiam nonnulla ejus felicitatis  
parte nostram Germaniam sic respe-  
xit, ut Reuchlini, Erasmi, Cæsarij,  
alii sexcenti exstiterint, quorum a-  
rumnis, quas illi plusquam Herculeas  
lucubrâdo exhausere, literarum lux  
reducta & accensa, artes renata, in-  
genia exculta & ad meliorem fru-  
gem capiendam preparata sunt, e-  
âq; illi hereditatem nobis posteris suis  
cernendam reliquerunt. Sed quid  
fit? Tantalus πῖνον ἔσθαι  
κατὰ πῖνον πῖνον κατὰ πῖνον  
κατὰ πῖνον  
πῖνον κατὰ πῖνον  
κατὰ πῖνον  
Nos cum linguarum excultu non  
artes tantum humaniores & omnem  
Philophiam suo in vultu & ornatu  
obviam habeamus & complecti pos-  
simus; sed ipsam quoq; Dei colendi  
scientiam; pro agroti & fastidiosi  
stomachi ingenio ad res bonas nause-  
amus, & cum frugum copia in  
mundo sit, quercum, redire malu-  
mus. Quid igitur, præter ingrati-  
tudinem

dinem nostram & inscitiam incusa-  
bimus, si cum vicinis nostris, quam  
apud nos, morari malit vera ac so-  
lida eruditio? Quod ne fiat, etiam  
atq; etiam cauto opus est. Veniunt  
enim ex remotis locis & penè alio so-  
le calentibus, quasi ad mercatum ho-  
mines industrij, & quas nobis sorde-  
re vident, linguas & artes, erumna-  
bili labore quasi presenti precio sibi  
comparant, atq; ita in patriam lin-  
guis instructi, mo<sup>do</sup> is ornati, nescio  
quam nobis rege<sup>re</sup>cia, nugas tinnulas  
& canoras relinquentes revertun-  
tur. Testem appello, M. JONAM  
HAMBEIUM Svecū qui tot jam an-  
nos patria carens in Germania pere-  
grinatur: quid in ea sibi quærit?  
quid venatur? quid captat? Indi-  
cant hoc, ipso etiã tacēte, quos in pa-  
triã, eruditionis ac virtutis sue præ-  
cones & quasi anteambulones libellos  
præmittit. Vel unicus iste quem in  
grati-



gratiam & usum suorum audito-  
rum conscripsit, & cum facultatis  
nostræ consensu edidit, quam elegan-  
ter, quam dextrè docet, quod non nisi  
magna diligentia didicit! Ut enim,  
oves apud pastorem non gloriantur,  
quantum comederint, biberintve,  
sed lacte, carne, lana id testantur: ita  
quod sua eū prohibet, modestia, id ni-  
hilominus quilibet ex hoc & alijs e-  
jus officina ac moneta libellis depre-  
hendit, ac deinceps ni fallor, eo ma-  
gis deprehensurus est. Collocant enim  
artes liberales hanc quasi præ fori-  
bus nutricem Grammaticam, ne cui  
ad mysteriorum nectar vel ambrosi-  
am accessus pateat, qui non antè hoc  
lacte imbutus & initiatus sit. Quare  
ergò qui vel obiter salutant, vel pla-  
nè negligunt, graviolem quam insci-  
tie pœnam luere non possunt, cum au-  
dario ludibrij, quod omnibus erudi-  
tis debent. Idq̄, cum in cateris linguis  
quotr

quotidiè fieri videmus: tum in hac  
sancta eo frequentius visuri essemus,  
nisi pauci quidam, quorum, honoris  
ergò, memorandi, nisi ipsi nollent,  
magna mihi esset copia, calamitatem  
istam voce & exemplo, quantum pos-  
sunt, prohiberent, & ut diu prohibe-  
ant, opto. Neq̄ enim aliter possum  
quin cū illis faciam, qui ruinam rei  
literariae predicunt, nisi linguarum  
solo fundetur, earum cultu foveatur,  
praesidio muniatur, comitatu deniq̄  
propagetur. εἰ δὲ τις ἀλλως λέγει, βακχυ-  
λιδω κατὰ πλατεία κέλευθος. Te me-  
cum sentire doctissime Dn. M. Jo-  
na Hambræe, & hic libello indicat,  
& ut hujus tuæ sententiæ plura edas  
indicia, futurum spero. Quam  
enim Argonautæ videbant viri de m  
immunemq̄ senectæ Phæidos in ripa  
stantem, juvenesq̄ vocantem Glo-  
riam; eandem tibi honestissimo  
quodam igne pedus perurere non du-  
bito:



dubito : Nec tamen hanc solam, sed  
multo magis publici boni, in patria  
præcipuè, promovendi studium inde-  
fessum. Quod uti sedulo & gna-  
viter sectatus es hæctenus: ita dein-  
ceps quoq; sectaberis, & hac ei potis-  
simum ratione degeniera, quæ à  
quolibet sua debentur, honestissima  
persolves, minimeq; degenerem ei ci-  
vem præstabis. Rostochij add.  
X. Kal. Sept. Anno MDCCXIII.



Dn. M.

  
D N. M. J O N Æ  
HAMB R Æ O H E L S I N G O,  
*Grammaticam Hebræam mi-  
ro compendio eden-  
ti.*

**M**onstrarunt alij belli  
Fulgentib9 armis  
Quid tua gens possit, creperæ  
in certamine pugnae,  
Quando infestæ acies se Mar-  
te & morte fatigant:  
SWECIGENÆ gentis non ultima  
gloria JONA-  
Quid possit tua gens ostendis  
pace, togâq;  
Artibus & linguis, vitæ melio-  
ribus armis.

Non

Non minor unde tuæ Patriæ  
olim gloria surget.  
Vive, Vale, & quod agis, por-  
ro HOC AGE, & acriter urge.

*Convictori meo carissimo*

EILHARDVS LYBINVS,



Præstantissimo Dn. M. JONÆ  
HAMERÆO, Institutiones He-  
brææ linguæ edenti.

**J**Am Solymæ linguam, &  
Phœnicis sibila apella  
Extremos inter Lenonas, in-  
terq; Chadenos  
Insolito accipiunt Sevonis cul-  
mina hiatu:  
Jam



Jam quoq̄, Trinacrij docuit  
quas fontis amore  
Absconso volucris puer urina-  
rier alveo,  
Eliacas imitatus aquas Jorda-  
nius amnis  
Daucionum plangit bifido fe-  
ra littora cornu.  
Non intellectis ripæ sonuere  
susurris  
Jam pridem, ac raucos pepulere  
in murmura fluctus;  
Donec ab inuiso cives errore  
vocos  
HAMBÆUS, mentis genio atq̄  
interprete pennâ  
Instrueret, Sanctæ instillans  
precepta loquelæ.  
Et nunc Judæos gemitus, recu-  
titaq̄ plebis Ver-

*Verba sonans: sed mox natalis  
flumine lingua  
Christicolas patrijs irroraturus  
in oris.*

suo convictori lub. f.

Joh. Laurenbergius.

Poëseos Prof.

**T**E placidis Arete nascentem  
vidit in ulnis  
H A M A R Æ E, hac est meta tui  
scopus atq; laboris,  
Ut colere, excolere usq; que-  
at studiosa juvenus  
Artes & linguas, Dæmon sua  
scandala quò non  
Doctrinæ inferere, & rixarum  
promere causas  
In Sueonum Regnum con-  
stantùm fortè deinceps  
Possit

Possit, & ut veri cultrix Eccle-  
sia verbi

Cantica grata Deo module-  
tur pectore puro.

Ergò Patrocinio Rex Chri-  
ste tuere benigno,

Inclyte tu quoq; Rex Gu-

STAVE, Ô gentis ADOLPHE

Lumen, honos *Sueonum*, ve-  
ræ flos aureæ vitæ,

HAMBRAÛ, HEBIAÛ, GRÆCÛQ;

SYRUMQ; LATINUMQ;

Accipe clementer, tibi non  
obscura paternæ

Adsunt semina, Majestas, in-  
dustria solers,

Inq; Deum pietas, tute exor-  
nare relictas

Munerib. gaudes hac tempe-  
state, Camœnas Hinc



Hinc Scythicos arcus, & tela  
Typhoëa vincis,  
Hactenus & gaudes diverso  
Ex hoste trophæis.  
Hinc jam per ripas tua Regia  
nomina, fontes,  
Per montesq; tonant præ-  
gnantes divite venâ,  
Immò stelligeri tangunt la-  
quearia cæli.  
Enutrire pias Heroibus ære  
Camœnas  
Expedit, & Christus cum fœ-  
nore cuncta repensat.  
Augeat Imperium Regis Deo,  
augeat annos,  
Et dona *HAMBRAË* bona ad-  
augeat, ampliet, ornet.  
Vivat jò REX vivat jò *Celsis-*  
*simus*, almi Et

Et fasces Regni, CAROLO  
cum fratre PHILIPPO  
Gestet, quem nuper lætans  
ALEMANNIA vidit,  
Vidit & excepit populosi-  
urbs clara ROSETI,  
Utq; queat Matrem, Regemq;  
revisere salvus,  
Rexq; soli atq; soli hunc dedu-  
cat ad ardua tempe  
Telluris patriæ, devotâ men-  
te precatur.

Cōprime nimbosos, quare  
Æole, cōprime ventos,  
Non noceant imbres, pluvijis  
mora nulla paretur,  
*Dirigat* incoëptum cursum  
pia cura I E H O V Æ.

O fortunatum juvenem, ve-  
rèq; beatum, Est



Est innata cui, vis confirman-  
da disertis  
Musarum inventis, est Expe-  
rientia rerum  
Inquirenda cui, diversâ in se-  
de locorum,  
Undè olim sapiens meritis sa-  
pientibus orbem  
Exornet patrium, doctis & le-  
gibus, æquas  
Reginâ sub Iustitiâ modere-  
tur habenas!

*Johannes Posselius,  
Græcæ linguæ in A-  
cademiâ Patriâ Ro-  
stochiensi Professor,  
domestico suo amicis-  
simo F.*

*Præstan-*

Præstantissimo viro Dno. M. JO-  
NÆ HAMB RÆO Hebrææ  
lingua institutiones  
edenti.

**U**T struit ille ædes frustra, qui  
cingere tardat  
Tecta basi; linguas frustra sic discet, &  
artes,

Qui præcepta prius non imbibit, illa  
etenim fant.

Firma basis, sine qua vel inutilis aut  
ferè nulla

Cognitio est. Ergo laudemq; decusq;  
mereris

**JONA**, qui inconcussa struis fundami-  
na linguæ

Hebrææ. Hinc tua se varias extendet  
in oras

Fama, tuum hinc meritò celebrabit fe-  
ra laborem

Posteritas. sic perge, & eris post fata  
superstes.

*gratulatur ex animo sincero*

M. Johannes Eschenburgius  
Lub, Sax.

**Nomi**

Nomina Exercentium  
in hac Institutione  
Hebraica

Juanus Preip de Sægaard,  
Nob. Dan.

Arnoldus Stolterfotus Lubec. Phil.  
lofoph. Cand.

Sveno Christophori Brunius Sveo—  
Vermelandus Phil. Cand.

Andreas Jacobæus Lintrupius Dan.  
Phil. Cand.

Nicolaus Laurent. Schavenius,  
Dan. Phil. Cand.

Jacobus Costerus Lubec. Phil. Cand.  
Michael Schönius Bützoviensis

Philosoph. Cand.

Christophorus Varenhorst Lubec.  
Philosoph. Cand.

Laurentius Jacobæus Abele Holsatius,  
Philosoph. Cand.

Johannes Bischoff / Rostochienfis  
Philosoph. Cand.

Tyche



Tycho Abeli Hagâ Frisius or. Phi-  
losoph. Cand.

Christianus Mejer Lub. SS. Th. St.

Erasmus Georgij Gramateus.

Nicolaus Andrea Furingius S.

Daniel Virgander.

Jonas Florentinus Calm.

Sveno Gadolenus.

Petrus Tribergius Calm.

Henricus Pauli Sedorpensis

Jonas Johannis Frenderus.

Johannes Beronis Modius.

Lago Jacobæus Lintrupio Dan.

Brudeus Nicolai Clyxbul

Holsatus.

Christianus Burgsthetus

Westphalus.

Reinholdus Mittendorpius

Rigâ Livon.

Petrus Thomæ Krijch.

Henricus Benedicti

Gadd

Prole-

PROLEGOMENA.

**M**agni profectò nunquam non habita est Magni Philosophi Platonis sententia, quâ gratam de DEO famam in artibus sparsam esse, attestatur. Et meritò: quippe quod hæc æternâ quandam mentem esse, summèq; eam sapientem mundi architectricem, & pulcherrimi hujus edificij perfectè bonam conservatricem, non planè obscure commemorent.

At si ulla artium hujus laudis & perfectionis est capax, Hebræa literatura vel maximè illam sibi vendicat, utpote quæ faciem, vocem & Spiritum Dei nobis expromit. Ingenui proinde animi erit, egregios ejusmodi thesauros eruere & καὶ δὲ ὑαμίιν conquirere, ne corpore obrutus, margaritas has projiciat, sibiq; fœdas quasdam tenebrarum quisquillas suâ sponte attrahat.

Hinc & nos animum induximus nostrum præsentî institutione, ex literis seu elementis Hebraicis, gratam illam famam nonnihil eruere, & literaturam  
B            istam

stam sacram, consensu Amplissimi Col-  
legij Philosophici, in hac Vniversitate  
Rostochiensis, docendo ביהרהר perlu-  
strare, eamq; in gratiam Philohebrao-  
rum (compendiosiori hac Methodo gau-  
dentium) breviter proponere; ut quili-  
bet illam quam citissime (mediocri dili-  
gentia adhibita) comprehendere, & ad  
multiplicem usum adhibere possit. Quoad  
ut assequamur, de hisce capitibus ordi-  
ne tractabimus:

1. De Literis.
2. De Punctis.
3. De Nomine.
4. De Declinationibus.
5. De Motione.
6. De Comparatione.
7. De Derivatione.
8. de Pronomine.
9. De Verbo cum Participio.
10. De Conjugationibus ver-  
borum.
11. De Prima Conjugatione A-  
ctiva Kal & ejus passiva Niphal
12. De Secunda Conjugatione  
Pihel & ejus passiva Pyhal.

13. De



13. De Tertia conjugatione *Hiphil* & ejus passiva *Hophal*.
14. De Quarta Conjugatione Reciproca *Hithpabel*.
15. De Adverbio.
16. De præpositione.
17. De Conjunctione.
18. De Interjectione.
19. De Syntaxi Conjuncta.
20. De Præfixis.
21. De Affixis.
22. De Allevatione punctorum.
23. De Syntaxi separata.
24. De Investigatione Thematicis, quomodo cujusq; vocis Radix facilimè deprehendi possit,



CAP. I. DE LITERIS.

1. **L**itera est quæ cum vocali sonum edit integrū. Buxtorf. in Thes. Gram. lib. 1. cap. 1. Scilicet interventu & Consonæ & Vocalis: Nam ut hæc sola, nullam facit syllabam; ita illa huic addita, justam producit consonantiam.

Hoc rectius inculcaturi, non absrefecerimus, si paulò altiori indagine & Consonas & Vocales expendamus.

2. Consonæ ergò Hebraorum sunt viginti duæ, figurâ ordinæq; ab ipso Spiritu S. in ipsis Biblijs tali dispositæ, ut videre est apud Psalm. regium, Psal. 25. 34. 111. 112. 119. Jerem. c. 4. primis Threnorum, & Salomon. Prov. cap. 31. videlicet
- אבגדהוזחטי כלמנסעפ  
צקרשת:



Hac ipsa Elementa Conso- 3.  
na melioris cognitionis ergò di-  
stribuenda, variam sortiuntur  
fortunam, nos nobis & alijs rectè  
putamus consultum, si primum  
in genere, post in specie, ea-  
dem degustemus.

Generali respectu multifa- 4.  
riam dividuntur. Nam primò  
ratione Dominiij & Nobili-  
tatis, alia sunt Radicalia, quod  
ad perfectam radicis substantiã  
requirantur, & nunquam fa-  
militij nomen vel officium sor-  
tiantur; quæ מן הַמְּשָׁלָה his in-  
serta sunt vocabulis טח ספר  
; צוּע צָרָק pinge librum stipitem  
justiciæ.

Alia Servilia, quod radica- 5.  
libus modò à frontispicio, modò  
in intermedio, modò à tergo ser-  
viant, vel illis addita non raro  
radicem constituent, & sunt

B 3 משר

Moses scripsit ad nos. Vel dictioni artificiosa inserta hæc litera dicuntur:  
מִשְׁרָה וְכָלֵב אִיתָן:

8. Deinde ratione potentia in lectione observanda, sunt vel Mobilia vel immobilia. In illorum censu omnia, utpote quibus lectio competit, proprie comprehenduntur, sub duplici tamè respectu Formali, & vel μονόφωνα ut præter septem omnia, vel δύοφωνα seu geminum sonum admittentia. Talia censentur 1. hæc כַּפֶּרֶת, בגר כפרת, quæ nuda, putata absq; puncto interius appposito, aspirationem quandam involvunt, ut valor illorum sit bb, gh, dh, ch, ph, th, ut בַּבְּרָה babha, דוד הדוד & c. Illo verò expresso fortiolem requirunt pronunciationem, videlicet p, b, g, d, c, p, t, ut פִּיפִּיּוּרִי piphi-



ot, תּוֹחַב tothab, &c. Deinde ש  
cujus potestatem variat punctū  
uni vel alteri lateri impositum;  
dextro n. impositum, sonum for-  
tificat, valens שׁ sch, & à sede de-  
extra ימין: Sinistro verò lateri  
incumbens, sibilum in pronun-  
ciatione excitat, valens שׁ, du-  
rius quippiam ipso שׂ; & à loco  
שׂמאל sinistrum vocatur. Com-  
muniter prius Schin, posterius  
Shin valet, ut שׂם Scham, ibi,  
שׂם Sham, posuit.

Vel respectu instrumenta- 72  
li: quo digitorum intendūt Gram-  
matici ad præcipua organa,  
cuiq; sono distinctè efferendo à  
natura destinata. Hinc alia E-  
lementa sunt Gutturis seu  
Gutturalia, quæ spiritu in gut-  
ture formato efferuntur; vel  
quæ mota lingue radice, edunt  
spiritum, & sunt numero 4. &

B 4 tenuem



tenuem (ב) ה densum (c) ה den-  
siozem, v densissimū edit spiritū.

8. Alia palati seu palatina,  
ubi mota lingua media, reper-  
cussus aër edit mugitum, & sunt  
4. dictione קִקֵּקֵּ comprehensa.

9. Alia linguæ seu lingualia,  
qua linguâ ad dentium extre-  
mitates perductâ indeq; relapsâ  
proferuntur; & memoria ju-  
vanda ergò huic voci inserun-  
tur דִּטְלִנָּה.

10. Alia dentium seu dentalia,  
qua mucrone lingua dentes fe-  
riente; sibilumq; excitante pro-  
feruntur, & sunt hac huic in-  
clusa voci וִסְטְרָה.

11. Alia deniq; labij seu labia-  
lia, quod labijs compressis eorum  
pronunciatio rectissime perficia-  
tur; talia sunt hac בִּימָה termi-  
no artificioso sic expressa.

12. In horum v. classe, videlicet  
im.

immobilium & quiescentiū  
certa quæpiam elementa, vide-  
licet hæc 4. אהו, communiter  
litera Ebevi seu quiescentes vo-  
cantur, quod uspiā nō legantur,  
ac si planè non essent apposita.

Non tamen indifferenter 13.  
ubivis locorū hoc אבוס ob-  
tinent; solum n. Vau Schu-  
rek in initio dictionis tan-  
tū quiescit, ut אבירר & in via.

Medium verò vocis si occu- 14.  
pant hæc literæ omnes, vocalibus  
proprijs destituta quiescunt seu  
non leguntur, ut אשנר prin-  
cipium, אשעשע Hasael.

Atq; hanc rationem in fine 15.  
vocis constituta etiam subeunt.  
N quidem in vocali proxima,  
ut אצד; vel adhuc alio interve-  
niente quiescente ut אר. vallis,  
vel Scheva mutum substratum  
habente, ut אשן vanitas.

ב ש א ו ע



16. ה verò semper in precedente  
vocali, præprimis si punctulo in  
ventre destituatur.

17. Sic Vau duplex, in quo quie-  
scit, sibi præmittit punctum Ho-  
lem, puta ut הוּ atamentum, &  
Schurek ut חוּחַ pratum: uti &  
jod quiescit in vocali prævia  
Zeri, ut זְרִי verba, & Chirek,  
ut חֲלִי infirmitas, quibus alij  
tamen addunt אֲתִי & verba in-  
de augmentata, mediante Sche-  
va in Patah quiescens.

18. In fine verò dictionis ה & ו  
post alias quam suas vocales, nõ  
quiescunt, sed leguntur: ו U cõ-  
sonans, & ה I vocalis, ac diph-  
thongos octo efficiunt.

19. ו post וּ, וּ, וּ, וּ, ut קוּ Káu, regu-  
la צוּ Záu, præceptum, שוּ Schu-  
léu salvus; פּוּ pu, os ejus.

20. ו post וּ, וּ, וּ, וּ, ut אֲדֹנָי Domi-  
nus Deus, אֵלַי elai, ad me, גוֹי  
gens,



gens. אֶלְגַּלְיִי galui revelatus. Sed  
jod inter ו & - positum in-  
star אֶלְגַּלְיִי panau,  
facies ejus.

Deniq; ratione figuræ lite- 21.  
ræ Hebræorum disparem sorti-  
untur sortem: Sunt enim quæ,  
ubivis locorum licet occurrant,  
eandem nullibi non retinent fi-  
guram, & sunt præter quinq;  
reliqua omnes. Et hæ quinq; fi-  
nem vocis occupantes, produ-  
ctiores sunt suis medijs, haud  
dubiè propter concinniores di-  
ctionum clausulam: Sicuti &  
Germani ultimas dictionum li-  
teras consimilem ob causam libe-  
rius producunt. Vocitantur ab  
hoc modo & officio פְּשׁוּמֵי fi-  
nales, taliq; forma, s, hæ כַּמְנַפֵּץ  
pinguntur אֶלְגַּלְיִי. Nil ob-  
stantibus locis quibusdam scri-  
pturæ V. fæderis finalem hanc  
B 6 figu-

figuram in prædictis consonis  
admittentibus, quibus arcani  
quid subesse huc usq; maxima  
Rabbinorum Hebræorum cre-  
didit turba; de quibus vide in-  
fra num. 35. & 36.

22. Hic tamen ὡς ἐν παρῳδῳ notan-  
dum, occurrere et jam sex lite-  
ras alias apud Hebræos, picturâ  
quidem debitâ, eâ verò nonni-  
hil dilatâ, in fine videlicet vel  
in principio si occurrant, prædi-  
tas: & sunt hæ ת ם ל ח ה א quæ  
finales factæ hanc, à qua & dila-  
tata vocâtur, dilatam obtinēt  
figurâ ת ם ל ח ה א.  
Alias literarum divisiones ex  
omnibus fermè libris Gramma-  
ticis Hebr. quilibet petere potest.  
Nos παχυλῶς καὶ ὡς ἐν συνίψει ο-  
mnia in specie Elementa pau-  
lulum jam ponderamus.

23. Ergo dux literarum, à quo  
nomen



nomen accepisse creditur. אֶלֶף  
enim ducem notat, ex quatuor  
constat punctis seu ׀, unde ut &  
ab Etymo אֶלֶף hieroglyphicè bo-  
vem notat, cujus cornua vide-  
tur representare. Sonat autem  
A, latinum, vel secundum alios  
spiritum lenem.

A Fronte 1. format 1. person.  
fut. sing. Est n. ex literis præfor-  
matis futuri אֶתֶן. 2. Nomina  
denominativa, ut אֶצְבֵּעַ digitus.  
3. Est ex literis à fronte asciti-  
tius האמנתו. 4. Cum articulo ה  
semper est cum ׀, ut הָאָרֶץ.

In Medio ponitur pro radi-  
cali אֶ Aven. p. gr. 376. & pro אֶ  
377. atq; tunc mera est vocalis.

A Tergo est una ex literis  
paragogicis אֶהוּיָן & duodecies  
paragogicè additur. Aven. p. gr.  
27. & 526. quoad num. notat  
unitatem.

אֶ



24.     כ   Etymon inde nactum putatur, quod loci sui intercapedine maximū expleat spaciū, כַּוֵּר n. significat locum, figuram domus habet, cujus partes precipuas delineamēto suo representat, fundamentum scilicet, tectum & parietem.

A Fronte 1. eandem cum B, latino, leniter si dageffatū sit, quod & reliquis כּפּר בגר literis est commune, obtinet potentiam (vide supra num. 6.) seu cum graco β rectē pronunciatō, videlicet ex ovium illo balatu β̄ β̄. 2. Est una ex literis כּלּ, quæ regulariter punctantur cum Scheva.

(Excipe 1. si una illarum accesserit ad הּ hajedia: Tunc n. הּ extrudūt, & loco Schevā ejus punctum assumunt: Cum Schevā verò notata indicant cōstrutio.

tionem. 2. Si precedant guttu-  
ralem Scheva composito notatã,  
habent vel -, vel .., vel .. quorũ  
exempla suppedabit Analysis.

3. si precedant literam ם, ha-  
bent -, ut Psal. 1. v. 5. Ps. 4. v. 1.

4. si præfigatur nomini אלהים  
aut infinitivo אמר habet .. de-  
stituto & omnibus pũctis, ut Exo.

4. v. 16. 5. sequente schevã  
dempto utroq; adsciscunt -, idq;  
potissimũ, quando junguntur  
duob. nominibus divinis יהוה  
& אלהים Num. 14. v. 9.)

3. Est nota præpositionis 1.  
IN, qua verbis בטה & חסרה  
juncta, fiduciam notat, DEOq;  
soli competit, ut Psal. 118. v. 8.  
juncta v. cum voce האמין sim-  
plicem assensum notat, sanctisq;  
simul & Deo competit, ut Exo.  
14. v. ult. Psal. 19. v. 9. 2. Par. 20.  
v. 20. 2. CUM, ut Exod. 5. v. 3.

3. Per



3. PER, ut Job. 7. v. 14. 4. IN-  
TER, ut 1. Sam. 10. v. 12. 5. De-  
niq̄ est nota Characteristica si-  
ve una ex literis præformativis  
Gerundiorum ככל.

In Medio cum puncto gemi-  
natur, carens verò puncto equi-  
valet β Græco. Quoad Num.  
est binarius.

25. א Paucis immutatis à אָמֵר quod  
est Camelus derivatur, cujus fi-  
guram refert gibbo & collo ob-  
longo, insignem. Sonat verò idem  
quod ג lat. Estq̄ litera guttu-  
ralis, à fronte dageſſanda. In  
medio dictionis cum puncto  
duplicatur. Quoad Num. no-  
tat ternarium.

26. א Initiali puncto mutato cum  
אָרֵץ, quod ostium, seu tabu-  
lam, quâ ostium clauditur, no-  
tat, coincidit, à quo etiam, præ-  
primis si apertum illud fuerit  
suam



suam obtinet figuram, valore  
correspondet D. Latino. Estq̄  
litera radicalis, à Fronte da-  
gessanda. Irregulariter tamen  
quandoq̄ per Metathesin & E-  
nallagen literarum fit servilis in-  
conjug. Hitpabel ut הַצְּתָרָק pro  
הַצְּתָרָק justum pronunciavit, si-  
gnificatione forensi. IN ME-  
DIO cum puncto duplicatur.  
Quoad Num. notat quater-  
narium.

ה. A communi demonstran- 27.  
di officio quod voci perfecta הָא  
en, ecce, vel articulo demonstra-  
strativo competit, nomen obti-  
nuit. Figurâ ex quatuor quasi  
compositâ, spiritus asperi (C) Gra-  
ci vel Latini H, vicem sustinet.

A Fronte i. est הַ hagedia  
sive articulus demonstrandi,  
atq̄ tunc imprimit litera se-  
quenti, modò ejus sit capax, Da-  
ges.

ges. 2. Nonnunquam valet  $\text{ו}$   
relativum, qui, quæ, quod. 3. Est  
nota interrogandi, ut *Exod.*  
4. v. 11.  $\text{הֲלֹא}$  Nonne? 4. Est  
nota Infinitivi & Imper. Ni-  
phal. 5. Est nota conjug. Hi-  
phil, Hophal & Hitpabel. 6. Est  
nota nominum demonstrati-  
vorum. *Neb.* 12. v. 8. 7. Re-  
gulariter punctatur cū -, se-  
quente litera dageffatâ.

*Excipe* 1. Si veniat ante lite-  
ras gutturales, est cum -, ut  
*Psal.* 1. v. 1. &  $\text{וְ}$  *Psal.* 1. v. 4. 2. Si  
interrogativè ponatur regulari-  
ter est cum -; ante literam verò  
Schevatam & gutturalem cum  
-, quandoq; etiam cum .. ut  $\text{הֲוֵא}$   
 $\text{הַחֹכֵם}$  num sapiens? 3. Si sit  
nota infinit. & imperat. Niphal,  
est cum hirek sequenti lit. Da-  
ges, modò ejo sit capax, impresso.

A Tergo 1. Est nota fem.  
gen.



gen. in verbis, participijs & no-  
 minibus. 2. Est pronom. affix. 3.  
 pers. sing. fam. Ea. 3. Est litera  
 affixorum הו הוה הוה. 4. Est  
 una ex literis paragog. אהויו. 5.  
 Est ex lit. ascititijs האמתי, &  
 in statu regiminis mutatur in ה  
 6. In Fine quandoq; habet pun-  
 ctum in ventre & dicitur Map-  
 pik. Quoad Num. notat qui-  
 narium.

ו Descendit à ו quod est Un- 28.  
 cinus; cujus figuram quoq; re-  
 presentat. Interdum verò uti  
 hoc loco, puncto non factum est  
 consonans, latinum V, referens  
 valore; ut וצ precipe. Idem ge-  
 minatum & ventri impositum,  
 valorem gemini ff procreat ut  
 וצ præcipit: alias puncto uni-  
 co inscripto est vocalis ו U, vel  
 imposito ו, O.

A Fronte 1. Regulariter est  
 Con-



Conjunctio Copulat. Et, diciturq; הַבּוּר hoc est, Conjunctivum; punctaturq; cum Scheva.

(Excipe 1. si veniat ad lit. guttur. Schevâ composito notatam recipit ejus simplex, ut si . . . recipit . . . , si . . . recipit . . . 2. Si veniat ad lit. Schevatâ vel labialē habet ו. 3. Si ad Fod Schevatum veniat, mutatur utrumq; Scheva in hirek, ut וְיִהְיֶה & jehuda. 4. Si ante nomen אֱלֹהִים veniat, habet . . . destituto & omnibus punctis. 5. Si jungat duo nomina, quorum posterius est Millel seu paroxytonum, ut Psal. 1. v. 2. vel dictiones parvas, ut Gen. 12. v. 20. habet . . .)

2. Figuratè pro Adversativa At, ut Psal 1. v. 3. & ult. 3. Pro rationali Ut. 4. Est particula conversiva & dicitur הַבּוּר id est

est

est, *Conversivum*, quod conver-  
tat vel präteritum, alio non  
precedente, in futurum, & pun-  
ctatur cū, ut וְקָרַב & clama-  
bit, vel futurum in präteri-  
tum & punctatur cum -, im-  
primente sequenti litera אֲתָן  
Dages forte, ut וַיִּשְׁמַר & cu-  
stodiebat, modò non sit א (tunc  
enim parva vocalis - & Dages  
contrahuntur in unam magnā  
, ut וַיִּשְׁמַר & custodiebam)  
simulq; transfert accentum ex  
ult. in pen. & deniq; vocalem  
magnam mutat in, ut וַיִּאֲמַר.

In Medio cum ו & י consti-  
tuit participia, nomina adject.  
& subst. Estq; tunc mera voca-  
lis sive spiritus, ut Psal. 8. v. 1.

A Tergo 1. Format plur.  
num. 1. & 3. pers. präteriti  
participiorum, & plur. num.  
femininorum, item imperativo-  
rum

rum plur. personas masc. item  
3. sing. & secundam & tert.  
plur. fam. futuri. 2. Est affix. 3.  
pers. mas. sing. num. Eius. 3.  
pertinet ad format. affixo-  
rum ון & ו. 4. Paragogicè  
quandoq; additur fæmini-  
nis & affixo ם, ut ו. 5. Quo-  
ad Num. notat senarium.

י א״י vel ן״י quod telum vel  
armanotat, nomen accipit. Fi-  
gura ejus clavam representat ;  
notat verò idem quod Ds, vel ז  
Gracū, & cum puncto in ven-  
tre geminatur. Alijs est s gra-  
cile, ut in his Germanicis naß/  
Grasß/Neand. in Erotem. Heb.  
ling. de pot. lit. Quoad Ord.  
Est lit. semper radicalis. Quo-  
ad Num. notat septinarium.

29.

ן Mutatis mutandis à ן״י  
30. bestia, nominatur; vel secun-  
dum alios à magnitudine terro-  
rens



rem incutiente.  $\text{M}$  n. con-  
sternationem animi notat. Fi-  
gura ex tribus quasi  $\text{V}$ , duobus  
erectè, Uno transversè posito,  
videtur facta; notat verò spiri-  
tum asseriorem  $\text{hh}$ , vel *Gre-*  
*cum*  $\chi$ , ac si  $\text{A}$  &  $\text{C}$  molle admi-  
xtum haberet. Buxtorf. in Thef.  
Gram. p. 5. Quoad Ord. sem-  
per est lit. radicalis. Quoad  
Num. notat octonarium.

$\text{U}$   $\text{A}$   $\text{U}$   $\text{U}$  quod est cœnum, 31.  
derivari autumant Grammati-  
ci. Figuram representat latini  
 $\text{U}$ , dextram tamen versus du-  
ctâ lineâ nonnihil ad medium  
prolabēte; valet latinū  $\text{T}$ . Quo-  
ad ord. est lit. radicalis. Inter-  
dum tamen ut lit.  $\gamma$ , per Meta-  
thesin & Enallagen literarum  
in conjug. 4. Hitpahel fit ser-  
vilis.

Quoad

Quoad Num. notat Novena-  
rium.

32. Est à  $\Upsilon$ , derivatione è  $\Upsilon$  sumpta ab hoc: quemadmodum manus est minima pars corporis ex eodem promanans: Ita  $\Upsilon$  ad reliquas collata literas, omnium est minima. Figurâ semicirculari constat, & latini  $\Upsilon$  vicem sustinet. Carens puncto quiescit, estq; tantum spiritus asper.

A Fronte 1. format 3. pers. sing. & plur. masc. futuri. 2. Est una ex literis ascititijs, constituens nomina denominativa & formans propria.

In Medio 1. Est nota conjug. Hiphil. 2. Format nomina adject. & substantiva.

A Tergo 1. una cū litera  $\Upsilon$  format 1. pers. sing. præteriti. 2. cum  $\Upsilon$  num. plur. nominum.

MA.

masculinorum 3. Imperat. sing.  
fœm. & 2. person. fœm. sing. fut.  
4. Est una ex literis ascitijs  
האמנות. 5. Est affix. 1. person.  
sing. num. Meus, a, um, me. 6. Est **קל**  
una ex literis paragogicis האריות  
& additur. participijs. Quoad  
Num. notat 10.

כ Nomen sortitur à כה quod 33.  
volam notat. Figuram habet la-  
tino C in verso non absimilem.  
Cum puncto sonat K latinum,  
sine pu- & to ch.

A Fronte 1. notat Adver-  
bium simil. Sicut. 2. est una ex  
literis præformat. Gerundio-  
rum ככל. 3. Est præpos. jux-  
ta, secundum, ut כחסדך secundū  
misericordiam tuam. Quoad  
Num. notat. 20.

De punctatione hujus literæ  
consulatur litera ב. Est n. ex  
tribus literis כלב.

C

In



In Fine hac litera extendi-  
tur sic ל, & in numeris est 500.  
34. ל Dicitur ab Hebraeo לָמַר

stimulus seu veru, hujus enim fi-  
guram si paulum advertas, re-  
fert. Aliam sortitur denomina-  
tionem ab eo quod Hebraica-  
rum fit longissima & præemi-  
nētissima; hinc Regina literarū  
audit. Refert vim latini L.

A Fronte 1. est nota Dativ.  
Cas. Psal 132. v. 2. 2. Etiam &  
crebrius Genitivi, ut שִׁיר לַיהוָה  
Psalmus Davidis. 3. Accusati-  
vi pro ratione constructionis. 4.  
Est una ex literis præformati-  
vis Gerundiorum בְּכֹל. 5. se-  
mel deficit in 3. pers. futuri  
verbi לָקַח.

In Medio semper est lit. ra-  
dicalis & cum puncto gemina-  
tur. De punctatione hujus lite-  
ra consulatur litera ד, ad cujus

mo.

modum punctatur. Ante 7,  
fortiter dagessatum habet -, ut  
Psal. 9. v. 10. Quoad Num.  
valet 30.

¶ Quà derivationem vel  
Etymon ab alijs deducitur à  
מַמַּלְכָּה quod est macula, vel à  
מַמַּלְכָּה fluctus, cuius figura ex  
quatuor quasi punctis composi-  
ta, portam apertam represen-  
tat. Eiusdem cum M latino est  
efficacia.

A Fronte 1. Est nota prapof.  
A vel ab (juxta num. 1. cap. 20.  
in Syntaxi.)

A Tergo 1. Cum Est nota  
plur. vel dual. num. in statu ab-  
soluto. 2. Est affix. masc. 3. pers.  
plur. num. illos, eos, eorum. 3. Est  
affix. 3. person. mascul. prateri-  
ti. 4. Est ex literis ascititijs una  
vel potius Emphatica. 5. Deniqz  
est paragogica, ut מַמַּלְכָּה in, cum,

C 2 Psal.



*Pfal. 11. v. 2. וְלִי יֵשׁׁ 44. v. 15.  
וְלִי ad Job. 39. v. 2. וְכִי sicut  
Iob 12. v. 3.*

*Regulariter punctatur cum  
Hirek parvo, semperq̄, habet Da-  
ges sequenti lit. impressum pro-  
pter defectum literæ ך. Integra-  
n. Præpositio est ׀.*

*(Excipe 1. Si veniat ante lit.  
guttur. & ך, Dages (modo ejus  
litera sequens sit capax) & Hirec  
quod per se substernitur literæ ך  
mutantur in æquivalentem voca-  
lem longam ך, ut Psal. 139. v. 7. &  
140. v. 2. 2. Si veniat ante literam  
habentem Hirec, punctatur cum  
׀, ut Psal. 119. v. 130. Psal. 140. v.  
2. 3. Cum Jod Schevato coalescit  
in ך, ut Psal. 58. v. 2.)*

*In Fine hac litera extendi-  
tur sic ך̄ & in numeris est 600,  
exceptis duobus scriptura locis,  
ubi non sine mysterio semel in  
medio dictionis extensum repe-  
ritur,*



ritur, ut Esa. 9. v. 7. לִמְרִירָה  
ad multiplicandum. Quod i-  
psum innuit, 1. Futuram regni  
Christi dilatationem & eter-  
nam durationem. 2. Partum  
Mariæ clauso fore utero & jam  
esse factum. 3. Christum sexcen-  
tis annis à tempore vaticinij es-  
se incarnandum & jam dudum  
incarnatum. □ n. notat 600.

Et semel in fine apertū ut Neh.  
2. v. 13. מַחְסֵי quod notat 1. Portas  
Urbis Ierosolymorum, quandoq;  
ad formam ד iri apertum atq;  
expugnatum. 2. Easdem anno  
quadragesimo à reditu Iudæo-  
rum è captivitate Babylonica  
fuisse restauratas & redinte-  
gratas. □ n. quoad Num. not. 40.

ד Ex ין vel ין quod filium 30.  
notat seu infantem, descendit,  
& formatum ex tribus quasi,  
N. latini vigorem obtinet. Cum

C 3 puncto

puncto in ventre duplicatur.

A Fronte 1. Est litera pra-  
formativa 1. pers. plur. num. fu-  
turi una ex literis איהן. 2. Est  
nota Conjugat. Pass. Niphal,  
cujus defectiva פנ primam ra-  
dicalem ך omittunt, ne duo ך cō-  
currentia κακοφωνίαν pariant,  
& per Dages secunda radicali  
impressum recompensant. 3. Est  
ex literis האמנה, ascititij &  
facit propria.

A Tergo 1. una cam ך 1.  
pers. plur. praeteriti notat. Dein-  
de 2. & 3. pers. fem. futuri, atq;  
tunc quandoq; accedit ה para-  
gogicum. 3. Format plur. fem.  
imperativi. 4. Est litera para-  
gog. 3. pers. plur. praeteriti, atq; in  
illis personis futuri, quæ in vo-  
calem more Chaldaico exeunt,  
ut Psal. 36. v. 8. ubi ך loco ה po-  
nitur. Sunt n. literæ permutabi-  
les. s.



les. 5. Est litera ascititia sive de-  
nominativa. 6. Deniq<sup>3</sup> est affi-  
xorum ꝛ meus, me, & ꝛ noster,  
nostrum.

In Fine extenditur sic ꝛ &  
in numeris valet 700. Bis tamen  
in vetustis bibliorum exempla-  
ribus, forsan non sine mysterio,  
in fine non extensum reperiri  
fertur, Jobi 38. v. 2. & 40. v. 8.  
Quoad Num. valet 50.

ꝛ Prima vocali mutata est  
ꝛ Continuitas, sumptâ deno-  
minatione à continua partium  
cohesionem: Unde & figuram  
Coronæ representat. Valore cõ-  
stat eodem, quo sibilus acutus  
seu ꝛ Græcum, & cum puncto  
duplicatur, quod Germanis est ꝛ  
geminum, ut in his nasꝛ fas. Ne-  
and. d. l. Quoad Ord. est lit. per-  
petuò radicalis. Quoad Num.  
notat 60.

Ex



38. **ו** Ex **ו** descendit figurâ E-  
lementi sumptâ ex tribus quasi  
• Nihil verò per se significat, ni-  
si subjectam vocalem habeat;  
habetur tamen communiter pro  
spiritu asperrimo; & gh. cum  
gargarismo & in summo guttu-  
re formatum refert. Quoad  
Ord. est lit. perpetuò radicalis.  
Quoad Num. notat. 70.

39. **פ** A **פ** formatur, cuius for-  
mam ex 5 quasi, deductum a-  
liquo modo representat, citra  
puncti insertionem valet Ph,  
seu  $\phi$  Græcum. Cum puncto  
verò P latinum. Quoad Ord.  
Est lit. perpetuò radicalis. In Fi-  
ne extenditur sic **ף**, & valet  
800. Aliis Quoad Nū. sonat. 80.

40. **צ** Descendit à **צ** hamus;  
seu à **צ** venatus est; & sic notat  
venabulum, cuius forma supre-  
ma parte refert. Valor ejus est  
idem

idem qui Ts. Quoad Ord. Est  
lit. perpetuò radicalis. In Fine  
extenditur sic ¶ valetq; 900. A-  
liàs Quoad Num. notat 90.

¶ Vim nominis accepit à קקק 41.  
quod Simiam notat; hujus enim  
vultum aliquatenus referre  
videtur. Figuram quatuor  
puncta conjuncta largiuntur.  
Vicem latini K refert, & cum  
puncto duplicatur. Quoad  
Ord. Est lit. perpetuò radicalis.  
Quoad Num. notat 100.

¶ A ונן quod videlicet 42.  
crassitiem quandam capitis præ  
se ferat; vel à ון quod diffi-  
culter à multis pronuncietur.  
Figuram constituit trium pun-  
ctorum concursus. Sonat R la-  
tinum, neq; duplicari facile po-  
test. Quoad Ord. est lit. perpe-  
tuò radicalis. Quoad Num.  
notat 200.

C s W De-



43. **ו** Descendit à Rad. **ו** acuit.  
Vnde **ו** dens, cuius formam  
repräsentat. Figura ejus com-  
posita ex quinq; quasi. Valet  
verò **ס** crassum seu sibilum cras-  
sum ac spumosum edentem;  
qualis est **ש**, ut in illis Germa-  
nicis vocabulis **Eisch** / **Frosch**.  
Notato v. puncto in sinistro la-  
tere, sonum edit acutiorem, uti  
supra Num. 6. vidimus.

**A** Fronte tantum est servi-  
lis. Est q; 1. potissimum Rabinis,  
nota Genit. sing. & plur. 2. Pro-  
nomen relat. qui, quæ, quod, ut  
Psal. 144. v. ult. atq; tunc pun-  
ctatur cum . quandoq; etiam  
cum . ut **ו** qui non. Quoad  
Num. notat 300.

44. **א** **ת** **ו** **ר** **ה** Etymon desumit,  
eò quod terminet & claudat  
Alphabetum; vel à **א** quod est  
fignum, eò quod Angelus hac i-  
psa



ipsâ notâ populum signarit, E-  
zech. 9. v. 4. Vicem latini T.  
cum puncto verò Th, refert.

**A Fronte** 1. format 2. pers.  
masc. & 2. & 3. fam. sing. prate-  
riti. 2. Est nota 2. pers. fut. masc.  
& fam. generis. 3. Est nota 3. pers.  
sing. fam. gen. atq; tunc semper  
habet Dages. 4. Est nota Con-  
jug. Hitpael. 5. Est litera asciti-  
tia. ut וְתָרַח lex.

**In Medio** per Metathesin  
literarum in Hithpabel verè  
rum וְשָׁחַט & וְשָׁחַט fit servi-  
lis, ut Psal. 18. v. 24. & Ps 5. v. 8.

**A Tergo** 1. Est nota prate-  
riti 1. & 2 pers. utriusq; num. &  
precedēte): (immobili semper i-  
psi imprimitur Dages. 2. Est no-  
ta fam. generis participiorum.  
3. est nota plur. num. fam. gen.  
4. pertinet ad formationem  
nom. fam. pluralium. 5. Est lite-  
ra af-

ra ascititia 6. Est & paragogi-  
ca otiosè quiescens. 7. Mutatur  
ex lit. fam. generis ¶ in regim.  
aut cum affixis. 8. Deniq̄ fit in-  
terdum ex lit. ¶ 1. lit affixi ¶ 3.  
pers. sing. num. Cum verbis fa-  
mininis. 9. Quoad Num.  
notat 400.

Atq̄ sic singulis literis brevi-  
ter enumeratis & consideratis,  
ad punctatebraorum pensitan-  
da properamus.

## CAPUT II. DE PUNCTIS.

1. **P**uncta sunt apices literis  
additi, ut ex syllabis consti-  
tutis possint pronunciari. Hel-  
vic. Epit. Gram. Hebr. lib. 1.  
cap. 2. can. 7.

Distinguuntur autem hæc  
2. puncta Orthographica, proso-  
dicis seu accentibus alibi  
per-



pertractatis, in Vocalia, Muta,  
& unum Anceps.

Vocalia perhibentur alia 3.  
cusatim, quæ consono uno plu-  
ribusve addita, unum sonum  
ex sex vocalibus a, e, i, o, u, y,  
eumq; statum seu integrum re-  
ferunt. Sub triplici tamen  
respectu :

Nam alia dicuntur 4.  
tur Magna seu Longa, nu-  
mero 5. quorum prius vocatur  
Cametz à קִמֶץ quod contra-  
hentem notat, nam os pronun-  
ciantis colligere & labia com-  
primere solet. Figura est lineo-  
la puncto incumbens: Signat  
verò A, obscurum seu ad O, a- A  
liquo modo declinans.

Secundum est Zere à 5.  
זֵרֵי quod notat cardines,  
dictum: horum enim species, in  
quibus janua vertitur, hic ap-  
paret.



paret. Vel quia stringit os & e-  
rumpit inter dentes sicut porta  
gyrat super suis Cardinibus. Fi-  
guram habet duorum puncto-  
rum juxta se, at infra literam  
N. E. positorum & valorem E graci-  
lis seu longi resonantium, ut  
N. Deus, M. mater.

6. Tertium est Hirek à חִירֵק  
dentium frendore, quo profer-  
tur dictum. Ejus figura notatur  
unico puncto subtus literam po-

N. I. sito, proximè precedente litera  
Jod, respondet autem latino I,  
ut וִירֵק vir.

7. Quartum est Holem à  
H. in perfecto seu sano, vel et-  
iam à plenitudine oris, quod sua  
prolatione implet, deductum, fi-

g. O. guram hoc modo Ḥ habet  
unius puncti vertici litera im-  
positi; communiter verò Vau  
imponitur, Vnde & Vau Ho-  
lem

lem nuncupatur; illo verò ab-  
sente cum antecedente litera  
sonum efficit, qui respondet la-  
tino O, ut קוּל seu קוּל vox, sonus.

Ultimum punctum magnum 8.  
est Schurek à שֶׁרֶק sibilavit, no-  
men sortitum est; labiorum e-  
nim sibilo interveniente pro-  
fertur. Ejus figura perpetua est  
Vau, habens punctum in ven-  
tre: Vnde & Vau Schurek di-  
citur communiter. Sonus ei ו, u.  
competit qui latinorum U, ut  
וּקַם surrexit. Alia de eo vi-  
de supra cap. 1. num. 28.

Parva seu brevia itidem 9.  
numero 5. numerantur,  
quorum prius nomine Patah  
insignitur, sumpto Etymo à פָּתַח  
quod est aperuit; hujus enim  
vocalis pronunciatio, os didu-  
ctum & apertum requirit. Fi-  
guram habet lineolam literam ו, א.  
infe-



inferius comitantem, referen-  
tem vicem A aperti, ut אָפֶּרְתִּי  
gustus.

10. Alterum nempe Sægol  
inclarescit, ab eo quod סֶגוֹל  
seu botrum suâ figurâ referat,  
qui linguâ Jerosolymitanâ dici-  
tur סֶגוֹל. Figura ejus constat  
NE. tribus punctis hunc in modum  
infra literam positus. & vi ere-  
cti seu aperti E præditis, ut אָפֶּרְתִּי  
tertia.

11. Tertij nomen est Hirecl  
Cujus nominis ratio antea est  
excussa. Differt à primo hujus  
nominis, quod citra ם subse-  
quens, sonum suum perfici-  
at, unde à Davide Kimch. vo-  
catur חִירֶק בְּלֵי יוֹר. Aliàs  
figura & sede quin & sono cum  
primo convenit.

12. Quartum appellatur Ca-  
mezz Catuph, desumptis vocis  
parti.



partibus primis à contractione  
 oris, reliquis à celeritate, quâ  
 vocalis hæc profertur: קֹמֶץ e-  
 nim contractor est, קֹמֶץ raptum  
 significat. Ad differentiam  
 Cametz magni, vocatur קֹמֶץ  
 קֹמֶץ Cametz parvum. For-  
 mam obtinet קֹמֶץ Cametz, addi-  
 tis à fronte ut plurimum duobus  
 punctis, hunc in modum positus  
 קֹמֶץ; Valoris ejusdem est cum O, <sup>13.</sup> קֹמֶץ.  
 ut קֹמֶץ Kodschi. Puncta ve-  
 ro hæc non raro omittuntur, &  
 tum quomodo differat à Ca-  
 metz longo postea dicendum.

Ultimas in Ordine hoc sibi <sup>13.</sup>  
 vendicat partes Kibbutz per-  
 fectè scriptum קֹמֶץ שְׁבֵתָהּ  
 collectio labiorum. Nam voca-  
 lis hæc proferenda labiorum  
 collectionem seu compressionem  
 requirit. Figuram refert trium <sup>13.</sup> קֹמֶץ  
 punctorum, uno sub altero posi-  
 to hæc

to hac forma sonum eundem  
cum y obtinet, ut שֹׁב Schuff,  
revertere. De singulis ut usus eò  
melius in legendo patefiat, has  
notabimus hic regulas.

14. Prima: Puncta vocalia  
post literas, quibus subjici-  
untur, efferuntur, ut קָפָאֵר

NB. kud, nì ultima sit una ex his  
עָחָה: His enim substrata vocalis  
ante suam consonam pronun-  
ciatur, ut רוּחַ ruach, non ru-  
cha, quod & usu venit in unico  
illo יְרוּשָׁלַיִם Jeruschalaim  
per Syncopen ultimum abijci-  
ente, perfectè n. scripta habet  
יְרוּשָׁלַיִם.

15. 2. Puncta magna cum  
consona, cui substrata sunt,  
vel in fine subsequente alia,  
absolvunt syllabam, ut  
אֶרֶם: brevibus interim  
assumentibus, ad perfectum  
fo-



sonum edendum, literam  
sequentem, ut נִפְקָדָתָם  
Niph.-Kad.--them.

3. Cametz Caruph cum 16,

Cametz magno figurà con-  
venit, non item sono; hoc  
n. A, illud O, sonat: Notandum  
igitur juvanda lectionis ergò.  
Primò Cametz breve rarius-  
culè occurrere. Et Secundò,  
habere (1) post se Dagesch  
forte ut חֲנָנִי chonneni, misere-  
re mei, vel (2) Scheva sine  
virgula Matæg, ut קֹדֶשׁ Kod-  
schi, sanctitas mea. vel (3) Mac-  
caph, ut כֹּל Kol omnis. vel  
(4) Hateph Cametz, ut הָעֵמֶר  
constitutus fuit. Vid. latius hac  
persequentes Schindl. in lib. 1.  
Instit. Hebr. de diff. Cametz  
magni & parvi Helvic. Can.  
14. 15. & alios.

Perfecta verò Cametz Ca- 17.  
tuph



tuph scriptio in gratiam rudiorum adjecta, hunc in modum ab Hateph Camez vocali brevissima est discernenda: Hac n. præterquam quod nullam prædictarum Camez parvi proprietatum admittat, hæc specialia privilegia assumit: 1. Nunquam suum scheva deponit. 2. tantum gutturalibus literis subjicitur. 3. Nunquam admittit post se Dagesch forte; & alia, quibus de vide Buxtorf. lib. 1. Thes. Gram. cap. 4 sub fin.

18. Porro Muta Puncta sunt, quæ per se à Pova literarum pronunciationem promovent, & sunt numero duo, eandem scilicet in medio ventris litera sibi vendicantis.

19. Prius vocatur Dagesch, quod vel lene ab officio, quo literas

teras leviter intendit, nomen  
accipiens solum sex literis בגר  
כפר convenit, ut כי chi,  
cum puncto intermedio est כי  
Ki. דה dham, דה dam,  
idem de reliquis est iudicium.  
Vel forte à fortificādo vel li-  
terā geminando dictum, omni-  
bus præter gutturales & Resch  
imponitur; ac tunc litera quasi  
gemina scripta esset exprimi-  
tur, ut וּתְפֹּל Vattippol.

Posterius punctum est  
Mappik soli literæ finalis ven-  
tri ה impositum, ut notet ean-  
dem consonam neutiquam qui-  
escere, sed cum impetu quodam  
esse efferendam, ut תַּמָּה tamahh  
admiratus fuit. Huc referri so-  
let & וּ ex sinistro & dextro  
puncto aliam atq; aliam pro-  
nunciationem obtinens; quo de  
vide superius num, 6. ca. 1.

20.

An-



21. *Anceps punctum est Scheva à שׁוֹר equatore dictum, quod aquis sit minister omnium ferè punctorum. Ejus figura est in duob9 pūctis perpendicularibus litera subjectis, hunc in*  
N. E. *modum N sonum autem refert E, brevissimi. Et hoc vel vocale, hoc est, legitur certis videlicet in locis, certis precedentibus punctis.*

22. *Vocale est vel mobile, i. In principio dictionis ut שְׁלֹמֹה Schelomo, Salomon. 2. post vocalem longam, ut פְּקֹדֵי pakedu. 3. post Scheva aliud ut יִפְקֹדֵי Jifkedu. 4. Sub litera dageffata ut פִּקְקֹדֵי pikkedu.*

23. *Vel mutum; quod non legitur, nam præter literarum connexionem nihil præstat, cujus affectionis certa quoq; dantur*

tur



